bellum gravissimum inter patrem et filium, Itaque numquam expost pater hanc iniuriam filio ex toto remisisset, sed usque ad finem vite sue duravit, licet imperator eosdem concordaverat, et sic fertur mortuus fuisse ex post anno sequenti, anno Domini puta mo co LXXXIX. XV kl. Marcii. Primus quoque filiorum suorum contra fidem patri datam, videlicet ut in ecclesia Sereni Montis omnes ei conspelirentur, in ecclesia ordinis Cysterciensis, cuius fundator extiterit, que Cella Vetera dicitur, est sepultus. Sed ne calumpniandi de fide patri prestita ali- qui habeant materiam, dico, quod votifactor non est, qui illud, qui aliud in melius commu- tat. Sed prefatus inclitus princeps marchio locum magis religiosum et solempnius paterno monasterio fundatum eligendo promissum, non violavit votum, sed potius adimplevit. Albertus marchio, filius Ottonis audito, quod pater suus partem pecunie in Cella repositam moriens dimisisset, ad locum venit pecuniamque ipsam a monachis exegit. Erant autem marce ar- genti tria milia de iustis omnimodo proventibus, et a quenichil iniquitatis mammone adiunctum habebant. Estimo, quod de Friberg venissent, quas marchio pro remedio anime sue ecclesiis Dei deputaverat distribuendas. Monachi vero responderunt, se depositum illud, ad quod preditum est, conservandum in fide suscepisse nec id trahere aut ad aliud quodlibet inde fa- ciendum, quoniam potius cum ipso adeius asilum velle confugere, cuius erat pecunia custodie deputata. Hoc dicto pecunia tota in altari Dei genitricis repo- sita, eventum rei sollicite expectabant. Marchio vero neglecta tanti custodis reverencia ablatis omnibus discessit. Nec mirum, dicit cronica Sereni Montis, si mortuo patre violentus extiterat, quem vivum

---

Marginal notes:

[ita quod

+f. CCLIX a

vetera

votifactor

erant

a) p. c.; dff. manu rec. enti imperator. et.

a) distribuendis c.

b) ita c.; corr. manu rec. in marg. trahere; id trahere – detrahere? – posse

1) qlibet

c) confringere ~~...~~ corr. manu rec. enti confugere (sic!)

si

+f. CCLIX